



SIGISMUNDVS DEI GRATIA REX POLONIE MAGNVS DUX LITHVANIAE RUSSIE TORVVSQ; PRUSSIAE SAMOGITIAE AC MASHONIAE

... dominus et heres. Significamus tenore presentium quorum interest uel in futurum interesse poterit uniuersis et singulis presentibus et futuris presentium noticiam habituris. Quia uenientes ad presentiam nostram Honorabilis Stanislaus R. adiuuans theologie magister. et monasterii sancti spiritus. ordinis sancti domini in ciuitate uilnensi. cum aliquot alijs fratribus conuentus et monasterii prefati nomine. atq; Aduocatus cum aliquot consulibus eiusdem ciuitatis nostre uilnensis similiter nomine sponte et libere recognouerunt se fecisse eorum contra dictum occasione rui vinger didi. et ante ciuitatem prefatam defluentis. atq; ad prefatos fratres et monasterium eorum pertinentis. Cuiusquidem contractus et emptionis litteras mutuo consensu et bona deliberatione prehabita conscriptas. et sigillo subappenso prefati conuentus communitas omni suspitionis initio carentes apud nos exhibuerunt. quarum talis est. VNIVERSIS et singulis cuiuscumq; status spiritualis et secularis conditionis seu eminencie existentibus presentibus et futuris. huius quoq; cause quomodolibet interesse habentibus. precipue itaq; coram Serenissimo principe et sacratissimo domino. domino SIGISMUNDO dei gratia Rege Polonie. magno Duce Lithuanie. Russie. Prussie. Samogithie et aliorum domino et herede. domino nostro semper elementissimo. Nos fratres ordinis predicatorum als sancti domini conuentus sancti spiritus in ciuitate uilnensi sitti uidelicet Stanislaus R. adiuuans sacre theologie magister Prior. et pater Laurentius subprior. frater Alexander predicator. Blasius predicator. Augustinus. Thomas Escheiel. Dionisius. Macharius. Bartholomeus de uilna. Iacobus. Bartholomeus de Cracouia sacerdotes. Albertus. Ambrosius. Mauricius diaconi. Mathias Albinus. Gabriel subdiaconi omnes professi. totusq; conuentus fatemur et recognoscimus. nos non metu dolo fraude. seu aliquomodo sinistre circumuenti. sed ex mera et libera christiana charitate. precelebrato desuper omnium et singulorum fratrum nostrorum. tam iuniorum quam seniorum conuentus nostri. magno ac sufficienti consilio. et habita etiam indultu ac irruocabili admissione. uoluntate et consensu Reuerendi in xpo patris fratris Andree sacre theologie Baccalaurei prioris prouincialis prouincie Polonie ordinis iamdicti pariter et in effectu uendimus. obsecimus et resignauimus. Vendimus. absecdimus. et resignamus Riuum nostrum vinger seu toruiceni uulgariterq; didum extra huius ciuitatis uilnensis mania existentem. vnam cum alio et aqua exinde fluenti. et canalibus. omniq; usufructu et quibusuis emolumentis eiusdem. que ordini ac conuentui nostro prememorato per resignationem et concessionem quondam uenerabilis Nicolai cortsak prepositi ibidem. ubi nunc monasterium istud nostrum protunc existentis iuxta priuilegium desuper emanatum Serenissimiq; duce recordationis Alexandri magni Ducis Lithuanie confirmationem. moderniq; sacratissimi domini et domini SIGISMUNDI dei gratia Regis Polonie. magno Ducis Lithuanie domini nostri gratiosissimi iudicialis sentencie ad iudicationem. confirmationemq; appropriata. hucusq; possessa et Famatis sagacibus atq; honestis dominis vicinis et benefactoribus nostris Aduocato Proconsuli et consulibus. totiq; communitati seditate ciuitatis uilnensis nunc et in futurum eius temporibus existentibus. presentim iure maiestatis burgeni prectoriali eiusdem ciuitatis subditis pro centum sexagenis grossorum. molere et numeris Lithuanicis pro nunc consuete currentis. et decem talentorum piperis eius temporibus habendum. tenendum. possidendum. usufruendum. in ius ac eorum usus quomodocumq; fructuosus excogitare poterint. unacum domuncula ibidem circa vinger contigua. siue nostrorum ac ordinis uel posterum nostrorum singulorumq; hominum contradictione. quemadmodum prememoratus noster predecessor prepositus ordo et monasterium nostrum tenuerunt. possiderunt atq; usi sunt. nobis ordinis et fratribus nostris nullum dominium seu usufructum reseruantes. Quamquidem iam predictam summam centum sexagenarum pecuniarum nobis realiter et actualiter in toto persoluerunt. Quamquidem leuata ipsos ac omnes eorum posteros harum uigore pro se ac toto ordine et posteris nostris quietamus et liberos pronunciamus. ita quod ab isto nunc in futurum eius temporibus ad predictum vinger et eius usufructum nullum interesse quomodocumq; excogitari poterit habere neque obtinere debemus neq; debemus. Preterea pro nobis unam exceptionem reseruantes. Quod ipsi domini ciues tenebuntur unam tubam seu capitale canale subterraneum proprijs sumptibus ducere. et totiens quotiens opus fuerit destrudum redificare et reformare ad usq; conuerterium templi sancti spiritus uel ad murum monasterii nostri tenebuntur et erunt obligati. quod cum illuc perducunt fuerit. tam nos de libero consensu nostro nostris impensis ac sumptibus ab huiusmodi canali ex eodem aquam ad siphunculium intra nostrum monasterium factum uel faciendum perducere ad usus omnes nostros monasteriiq; nostri coquina. braxatorij. Quamquidem exceptione nostra uti ac frui perpetuo debemus. et hoc quidem ciues et posteri eorum infringibiliter obseruare debebunt sub decem sexagenis pena conuentui et monasterio nostro persolucenda. Non minus tamen canalium pro parte monasterii nostri ut supra obseruare debebunt. Quod autem attinet aquam que ex siphonculo monasterii nostri superflua effluxerit. eandem proprijs nostris impensis subter terra circa hospitale nostrum in loco monasterii nostri ibidem prope perducere licebit ad siphunculium longitudinis cubitum. latitudinis totidem. profunditatis uero duarum uilnarum. et ex eadem aqua ibidem nullus nisi balneum nostrum. et domuncula nostre ibidem adiacentes. quorum uti ac frui poterint seu debebunt. et que ex hinc superflua fuerit. eandem domini ciues et posteri eorum perducere poterint quorsumcumq; uoluerint pro necessitate communitatis. Fatemur itaq; et recognoscimus quod neq; Reuerendissimus episcopus uilnensis neq; quispiam aliorum cuiuscumq; status canalium eiusdem aque nec uendita neq; appropriata habent. sed Regia maiestas uti princeps ex superioritate sua ex eodem riuo pro necessitate maiestatis sue ad castrum suum uilnense proprijs sumptibus ducere et in presentia sua conseruare dignata est. Exhibe etiam Reuerendissimus dominus Presul uilnensis canale ad suam curiam a Marglata Regia expectere non pretermisit. Vicarius autem et monasterium diuie uirginis hie uilne in arena ordinis sancti francisci ceteriq; ciues. quia nobis exinde annualem censum obtulerunt eadem aqua canalibus usi sunt. Nunc uero eadem aqua uti prelatum est uendita et nostra per amplius non existens singulis stabunt. Aduocato Proconsuli et consulibus. totiq; eiusdem ciuitatis uilnensis nunc et in futurum existentibus dispositionem et gubernationem committenda excepto domino Joanne Hosio prefato capiti uilnensis. posterisq; ipsius cuius parenti domino Vlrich nuper defuncto eorum ad illius domum in platea germanorum dudum habendam et habendam in perpetuum permisimus. atque nostro illo dato priuilegio firmauimus. In quorum omnium fidei roburque immutabile ac inuolabile prefato uilnensi magistratui dedimus. concessimus et presentauimus litteras ac decreta pexum que et quanta ad prefatum vinger ab illis habuimus. de pro originali priuilegio in quo non modo huius rui de quo agitur. sed tota fundatio monasterii ecclesieq; nostre inscripta est. atque ob eam causam nemini illud a nobis presentari potest ob aliquid quod inde euenire possit nobis ac monasterio nostro periculum. loco tamen ipsius nos nunc submittimus atq; obstringimus successoresq; nostros presentibus obligamus fore perpetuo ac sumptibus proprijs. patronos. cuiusmodi ac defensores iam sepius nominatorum dominorum Aduocat. Proconsulis et consulis. totusq; ciuitatis uilnensis contra omnes et singulos tam spirituales quam seculares ipsos dominos ciues ob illum riuum impetere uolentes interesseq; sibi aut quodpiam ius ad eundem attributum. cassantes insuper et annihilantes iam nunc et tunc et tunc prout nunc omnes litteras. decreta ac priuilegia cuiuscumq; hinc uenditioni nostre. diuersa offensaq; priuilegio hinc nostro minantia. quecuq; impofterum quouis tempore reperta uel excogitata essent uolentes illa nullius fidei. uigoris aut roboris. sed prorsus inania. inutilia. uiliaque tam apud nos quam apud successores nostros fore. In cuius rei testimonium sigillum nostrum totius conuentus est subappensum. Actum et Datum in conuentu sancti spiritus uilnensi ordinis fratrum predicatorum feria secunda ipso die sancte Helene electe. Anno a Christo saluatore omnium nostrum nato millesimo quingentesimo. Tricesimo sexto. Ut autem presertim libere contractus pro parte dictorum fratrum apparat legitime et cum consensu ac uoluntate superiorum fratrum eiusdem ordinis factus esse. prefatus Stanislaus prior produxit coram nobis alias quoq; litteras manu prouincialis ordinis sui in regno Polonie scriptas. et sigillis diffinitorum ordinis obsequas. Et a quatuor fratribus eiusdem ordinis quod de manu eorum prouincialis essent ibidem recognitas. Quarum tenor sequitur estq; talis. Nos Andreas de Parsecu baccalarus prior prouincialis prouincie Polonie vnam diffinitoribus presentis capituli Lublensis anno millesimo. quingentesimo. Tricesimo quarto. die ultimo septembris patre stanislao priore uilnensi baccalaro. domino priore Leopoldensi lectore Hieronimo lectore vicario maioris Polonie. et Benedicto priore domus fratres et patres damus facultatem et licentiam Reuerendo patri fratri stanislao baccalaro priori uilnensi una cum conuentu suo componendi et ordinandi cum ciuibus uilnensibus de aque ductu. qui per Regiam maiestatem eidem conuentui nunc nouissime ad iudicatus est eidem conuentui. et quequid cum eisdem fecerit aut ordinauerit ratum et gratum pollicemur habere. Dat in capitulo nostro Lublensis anno salutis millesimo quingentesimo Tricesimo quarto. sub sigillis nostris. Postquam quidem litterarum preuicertarum exhibitionem prefati contrahentes. tam prior cum fratribus dicti conuentus sancti spiritus. quam Aduocatus cum consulibus ciuitatis nostre uilnensis facti omnium in litteris contentorum coram nobis recognitione petierunt magna cum instantia. ut prefatum contractum emptionis et uenditionis. litterasq; preuicertarum super eo emanatas approbare. ratificare et confirmare dignaremur. Nos itaq; audita huiusmodi partium prefatarum spontanea confessione. expensisq; debite negocij presentis circumstantijs. et cognito quod contractus prefatus uerget ad utriusq; partis commodum et utilitatem. contractum prefatum. litterasq; super eo conscriptas in omnibus punctis clausulis et conditionibus. ita et quemadmodum superius sunt descripte presentibus inserte approbati. ratificati et confirmati. diximus. prout approbamus ratificamus et confirmamus. cisq; auctoritatem nostram apponimus decernentes in omnibus punctis et clausulis. totoq; eorum tenore robur habituras perpetuo et in eum. Harum quibus sigillum nostrum magno Ducatus Lithuanie est subappensum testimonio litterarum. Dat uilne quon

13. In confirmationem 10. Reg. Lit. in uicibus





IGI 2 M N D V S R T O V I

Port Marshal Saint Pierre  
D'Amsterdam, le 22 Mars 1756  
N° 115

Blomp. Apr. 1756

1756  
N° 115  
Blomp. Apr. 1756



44

1756

11.1  
22

24

